

1616.

Euse, Rudolff, von: Theses miscellaneae ex libris
privatis Digestorum libris emscriptae continent
non tantum juris Civilis et Iura. Differentias, sed
et res et usum fori accommodatos

1617.

1. Baumgard, Hermannus: Quaeestiones juris illustri
I De iuribus et certissimis Juris nostri principijs,
quae vocant, Practicis II De potestate statuta con-
dendi, pro hodiernis Germaniae Statibus
2. Koch, Hermannus: De investigatione iure
3. Hissus, Bruno: De possessione
4. Wenig, Georg Fridoricus: Oratorialis inaugurales,
Controversiarum corp. frequentiores quaestiones,
de toto iure feudali desumptas, comprehensiones

1618

1. Beckman, Leonardus : Themata on materia pignorum
et hypothecarum
2. Bruckertius, Christianus : De jure usufructus
3. Pistorius, Fridericus : Inventaria hereditaria Schema
logicum
4. Richter, Johann : De judiciis eorum ordine
Civili

1619

1. Casarius, Fridericus : De conditionis venditionis
utilissima et in foro frequentissima materia
2. Grovius, Caspar : De pactis
3. Grovius, Matthias : De collationibus themata
4. Grovius, Matthias : De donatione Constantini
Magis Imperatoris

1629

5. Pfandt, Vitor Philippus: De fidejussoribus
6. Pfefferkorn, Emericus: De fidejussoribus
7. Freun, Arnoldus: De jure fideicommissorum
8. Schuttkardt, Georgius: De austriacis hoc est privilegiis
instantis ordinis S. Rom. Rom. Imper.

1628.

Hueckhardus, Tom. Rudolphus: De legato et
legatione

1629.

Gracilius, Joannes: Disputatio Inauguralis ad fides-
simum et difficillimum L. si inquam §. l. i.
S. revoant. Donat

161

1. B

u

2. F

3. ,

4.

16

1. C

2.

3

4.



15 17.

1619, 6

DISPUTATIO
DE
FIDEIVSSORIBVS,

QVAM

Auspicio Sacrosanctæ TRIVNI-
TATIS,
*Decretô & Jussu Magnifici Fctorum Or-
dinis in per antiqua Rauracorum
Academia,*

Pro summis in Vtroq; Iure honoribus
& privilegiis obtinendis,

Publico examini submittit

EMMERICVS Psefferhorn Crucisbur-
genlis. Tyrigeta,

*Ad diem 27. Augusti, Annô c1515 c XIX.
Horis locoq; consuetis.*



BASILEÆ,
Typis JOHAN. JACOBI GENATHI,
Acad. Typographi.



ILLVSTRISSIMIS ET
CELSISSIMIS PRINCIPI-
BVS AC DOMINIS,
DN. IOHANNI CASIMIRO,
ET
DN. IOHANNI ERNESTO
SENIORI,
FRATRIBVS GERMANIS,
DVCIBVS Saxoniae, Iuliae, Cliviae ac
Montium,
LANDGRAVIIS Thuringiae,
MARCHIONIBVS Misniae,
COMITIBVS de Marca & Ravensburg,
DYNASTIS in Ravenstein,
DOMINIS suis clementissimis,

*Hec sua Disputationis Inaugu-
ralis themata*

In
Subjecti animi argumentum

offert & inscribit

EMMERICVS Psefferkorn.



THESIS I.

FIDEIUSSOR *a]* est, qui stipulatione interpositâ *b]* ad majorem creditoris securitatem *c]* pro principali debitore ita se obstringit, ut nihilominus duret salvaq; maneat principalis obligatio. *d]*

a] Propriè acceptus, qui à Cic. sponsor, *12. ad Attic. 10. & 16. ad Attic. 15. à]* Ctiis ad promissor, *l. 5. §. 2. ff. de V. O. l. 45. ff. de solut. l. 64. §. 4. ff. solut. matrim. & intercessor dicitur. l. 23. ff. de hered. vel act. vend. l. 1. & passim ff. & C. ad SCtum Vellej. l. 24. C. de fidejuss. l. 5. C. si cert. pesat. In larga autem significatione fidejussor omnis is dicitur, qui alterius obligationem suscipit, & suam fidem pro alio quovis modo interponit, *l. 30. §. qui pecuniam. ff. de pact. ita ut contineat etiã mandatore, constitutore, & eum, qui ex toto in se obligationem transfert, & expromissor vocatur, l. 7. §. 8. ff. de dol. mal. l. 4. & ibi Gothofr. ff. de condi. caus. dat. b]* Sine stipulatione siquidem fidejussores non obligantur, *l. 2. l. 3. l. 12. C. de fidejuss. l. 5. §. 2. ff. de V. O.* Unde differt fidejussor à mandatore, qui sine solemnitate verborum solo cõsensu obligatur, *l. 1. l. 2. l. si hereditatem. ff. mandat. & potissimum obligationem præcedit, l. 22. ff. d. t. sicut & à constitutore, qui per nudum pactum vel epistolam vel nuntium constituit se soluturum, quod alius vel etiam ipse debet, & obligationem principalem jam contra ctam sequitur. l. 26. ff. de constit. pec. §. 9. Institut. de Actionib. c]* *in pr. Institut. de fidejuss. §. fin. Institut. de replicat. d]* *l. 4. l. 5. l. 23. & seq. C. de fidejuss. unde fidejussio accessio vocatur, l. 3. l. 5. in pr. l. 32. l. 34. ff. eod. l. 43. ff. de solut. ac sequelæ locum obtinet. l. 5. §. 16. ff. de instit. act. Separatur itaq; fidejussor ab expromissore, qui alienam obligationem in se transferendo propriõ nomine obligatur, non obligatõ eõ, qui pecuniam accipit, adeoque se ipsum reum, h. e. principalem Debitorem facit, l. 7. §. 8. ff. de dolo malo. l. 4. ff. de condi. caus. dat. l. 53. ff. de contrah. empt. l. fin. ff. ad SCtum Maced.**

I I.

Omnibus autem personis, quibus jus est stipulandi, iis etiam jus erit fidejubendi, *a]* nisi specialiter à lege prohibeantur, *b]* ut servus, *c]* miles, *d]* mulier, *e]* clericus, *f]* & similes.

a] Non igitur obligabuntur INFANTES, cum neq; intellectum neq; consensum habeant. §. 9. Institut. de inutil. stip. l. 1. in pr. ff. de V. O. PUPILLI absque tutoris auctoritate, *d. §. 9. & in pr. Institut. de auct. tut. quæ tamen intervenisse non præsumitur, nisi probetur, l. 13. §. fin. ff. de Public. in rem act. MINOR* curatorem habens, *arg. l. 3. C. de in integr. restit. l. 101. ff. de V. O. nisi is dolo deceperit adversarium tanquam major, aut curatorem nõ habens, arg. l. 52. §. 15. ff. de furt. i. t. C. si minor se major. dix. aut nisi fidejussione suam juram. firmarit, auth. Sacramenta puberum. C. si advers. vendit. aut in rem suam, utputa pro procuratore suo fidejubeat, l. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog. FURIOSUS, §. furio-*

sus. Instit. de inutil. stip. l. 25. l. si à reo. §. 4. ff. de fidejuss. l. 5. ff. de R. I. cum ipsius quoque nullus consensus sit, l. 2. C. de contrah. empr. nulla certa vox, l. sancimus. in pr. C. ad SCtum Trebell. mente careat, §. 1. Instit. quib. non est permis. cond. testam. & pro mortuo habeatur, l. 1. in fin. ff. de bon. poss. furios. infam. MUTUS, SURDUS, §. 7. Instit. de inutil. stip. l. 1. §. 14. ff. de O & A. l. 1. in pr. ff. de V. O. quamvis hodie, confusio saltem quoad effectum stipulationum & pactorum jure, in mutuo, qui scribere novit, seq; fidejubere velle per scripturam declarat, secus sit, Dd. communiter. PRODIGUS, l. 25. ff. de fidejuss. l. 1. in pr. ff. de curat. furios. EBRIETATE NIMIA OBRUTUS, arg. l. 48. ff. de R. I. cum furioso & mortuo æquiparetur. c. venter. dist. 35. c. sanè. 15. q. 1. b] Edictum namq; hoc prohibitorium est, ideoq; qui specialiter non invenitur prohibitus, admittitur censetur, arg. l. 12. ff. de judic. l. 28. §. 2. ff. ex quib. caus. major. l. 43. §. 1 ff. de procurat. l. 1. §. 1. ff. de testib. c] l. 20. ff. de fidejuss. nisi in rem peculiarem, l. 19. ff. d. t. l. 3. §. si filius fam. ff. de pecul. l. in persona. §. 1. ff. de pact. aut in rem domini fidejubeat, l. 47. §. 1. ff. de pecul. aut jussu ejus, l. 12. §. fin. ff. mand. aut denique liberam peculii administrationem habeat, quia isto casu omnia voluntate Domini gerere censetur, l. 41. ff. de minorib. d] l. 31. & ibi gl. C. locat. l. 8. §. qui mulierem. ff. qui satisd. cog. ne omisso armorum usu privatis sese implicent negociis, aut hisce incumbentib. Rempub. in periculo stare sinant, l. un. C. negoc. ne militent. l. 15. C. de re milit. idcirco ut relictis cæteris eò fortius & animosius pro patria pugnarent, jus nostrum multa ipsis & varia concessit privilegia, l. 7. l. 9. C. de procurat. l. 8. §. 2. ff. eod. e] propter exceptionem SCti Vellejani, l. 3. in pr. l. si Titius. in pr. ff. de fidejuss. t. t. ff. & C. ad SCtum Vellejan. nisi in rem utilitatemque suam, utputa si hereditatem emat, æs alienum in se transcribat, pro fidejussore vel procuratore suo intercedat, aut ob aliam quamcunque evidentem utilitatem sese obligarit, cen probat text. l. 3. l. 13. in pr. l. 17. §. fin. l. bona fide. §. 2. ff. ad SCtum Vellej. item nisi decipiendi animo, vel cum sciret se non teneri pro alio intercesserit, l. 6. cum l. seq. ff. d. t. cum Senatus deceptis, nō decipientibus mulieribus subveniat, l. 2. §. 3. ff. d. t. aut si precio accepto intercesserit, idque vel evidenter appareat, vel aliàs sufficienter ex instrumento contractus vel intercessionis probari possit, l. 23. C. eod. aut denique si certiorata beneficio SCti Vellejani renunciarit, l. fin. §. pen. & ibi Gothofr. in not. ff. ad SCtum Vellej. f] ne hac occasione res Ecclesiasticæ alienentur, aut aliàs illis aliquid detrahatur, quo ipsorum ministeria impediuntur, c. se quidem. 11. q. 1. c. quod quibusdam. 4. extr. de fidejuss. Nov. 125. c. 6.

I I I.

Fidejussor in omni obligatione, a] etiam ex delicto descendente, b] intervenire potest, nec refert, naturalis ea sit c] vel civilis, d] vel utroq; jure subsistat: e] item nihil interest, principalis vel accessoria sit, f] contracta vel contrahenda dicatur, g] pro sciente vel ignorante fiat, h] modò non sit contra bonos mores. i]

a] qualitercunque contracta, sive re, sive verbis, sive literis, sive consensu, §. in omnibus. 1. Instit. de fidejuss. l. 1. l. 8. §. 1. ff. eod. etiam eo casu, quo judicis tantum officium competit, l. 38. §. 4. ff. de solut. nō tamen pro conservanda dotē, l. 1. l. 2. C. ne fidejuss. vel mand. dot. adeò ut acceptus tanquam contra legum

legum decreta acceptus non censeatur obligatus, d. l. 1. & l. si constante. ff. solut. matrim. cum tamen se suamque vitam marito commiserit, iuxta l. 1. ff. de ritu nupt. unde postea rixæ, jurgia, pravæ suspiciones, & aliæ innumera- biles molestiæ & calamitates, quæ possent indissolubile istud amoris conjugalis vinculum solvere, orientur, l. fin. C. ne fidejuss. vel mand. dot. Secus autem esset, si maritus ad inopiam notoriam vergeret, c. per vestras. extr. de donat. inter vir. & ux. vel extraneus, non mulier dotem dare promississet, l. 24. §. quoties. ff. solut. matrim. vel maritus sua sponte offerret fidejussores, cum eo casu cesset ratio l. fin. C. ne fidejuss. vel mandat. dot. dent. b] d. §. in omni- bus. 1. & d. l. 8. §. 5. & 6. ff. de fidejuss. modò pœna corporis delicto non sit præstituta, cum nemo hominum membrorum suorum sit dominus, l. liber homo. ff. ad L. Aquil. c] ut si quis pro servo fidejubeat, aut pupillo, qui sine tutoris auctoritate contraxit, l. 2. l. 25. ff. d. t. qualis fidejussor indistin- ctè tenetur, naturaliter & civiliter simul, ita ut efficaciter conveniri queat, non autem ipse principalis. Nec obstat regula, quod fidejussor in plus obligari nequeat quàm principalis. §. 15. Instit. de fidejuss. quoniam in plus non obligatur, sed arctius & efficacius, & sibi imputet, quod pro natu- raliter tantum obligato intercesserit, adeo ut non habeat regressum con- tra naturaliter obligatum, pro quo fidejussit, ut est text. in d. l. 25. ff. de fidejuss. d] §. in omnibus. Instit. eod. Circa civilem autem hanc obligationem Dd. sequenti modo distinguunt: aut talis est obligatio civilis, quæ habet effe- ctum exactiōnis, ut in sententiâ condemnatoria, ex qua secundum interpp. in l. Julianus. 60. ff. de condict. indeb. nascitur obligatio civilis, non naturalis pro- priè ex consensu, cum judicium reddatur in invitum, l. inter stipulantem. §. 1. ff. de V. O. & pro tali obligatione sine dubio intercedere potest fidejussor, l. 4. §. si ex conventionē. ff. de re judic. aut est civilis obligatio, quæ licet actio- nem producat, non tamen exactiōnem, ut in literarum obligatione, ubi ante biennium solum adest civilis obligatio, & agenti obstat exceptio non numeratæ pecuniæ, t. t. Instit. de lit. oblig. quo casu licet possit adhiberi fide- jussor, in effectu tamen non tenetur, quia habet eandem exceptionem non num. pec. quæ competit principali. e] h. e. persona principalis civiliter & naturaliter simul obligata sit, d. §. in omnibus. 1. de quo nullum est dubium. f] ut puta cum fidejussor fidejussoris accipitur, quem vul- gò indemnitas, Schadlosbürgen oder Ductbürgen nominant, l. 8. §. fin. ff. de fidejuss. sicuti & pignus pignoris consistit, l. grege. ff. de pignor. & t. t. C. si pign. pign. dat. g] adeoq; præsens vel futura, l. 14. in pr. l. 6. §. fin. ff. de fidejuss. non tamen vires accipit eò casu fidejussio ex tempore stipulationis inter- positæ, verùm trahitur ad tempus obligationis principalis, l. 57. ff. d. t. ac in- terim jus ejus in pendentem est, l. 16. §. fin. ff. d. t. præceditque magis quoad conceptionem verborum, quàm quoad effectum, quinimò juris intellectu semper posterior habetur, sicut & codicillus sequela testamenti est, licet ante id conditus sit. h] ubi negotiorum, non mandati dabitur actio, l. ex mandato. §. 1. ff. mand. Secus est si pro invito & specialiter prohibente fi- dejussio facta fuerit, quo casu ab omni actione recuperandi excluditur fi- dejussor, l. fin. C. de negot. gest. i] l. 5. C. de ll. l. 11. ff. de fidejuss. aut de facto impossibilis, l. 29. ff. d. t. cum impossibilium nulla sit obligatio, l. impossi- bilium. ff. de R. l.

I V.

Fidejussionis forma in stipulatione consistit, a) nec non in

130



quantitate, ne sc. fidejussores plus debeant, aut in plus obligentur quam ipsi principales. b] Plus autem hoc quatuor modis dicitur: re, c] tempore, d] loco, e] & causa. f]

- A a] l. 5. §. 2. ff. de V. O. l. 32. ff. mandat. l. 2. §. pen. ff. de administr. rer. ad civ. per. sin. l. 12. C. de fidejuss. Fidejussio enim solemnium stipulationum cautela vallari debet, l. 23. §. 3. C. de Episc. & cler. & nisi ea intervenerit, nulla esse potest fidejussio. d. l. 12. Intervnisse autem presumitur stipulatio, quando scriptum reperitur fidejussum esse, eò quod solemnitas extrinseca, qualis est in fidejussione stipulatio, semper presumatur, Dd. in l. sciendum. ff. de V. O. imò tanti momenti est ea scriptura, ut adversus eam ne testis quidem audiatur, nisi in casu l. 14. C. de contrah. stip. nec refert, quacumq; lingua fidejubeatur, modo alter alterum intelligat, §. pen. Inst. de fidejuss. l. 10. C. de contrah. & com. stip. etiam per interpretem, arg. l. 1. §. 6. ff. de V. O. & inter presentes fiat. l. 1. §. 1. ff. d. t. §. fin. Inst. de fidejuss. Unde sequitur stricto jure fidejussionem per nuncium aut epistolam contractam non valere, cum nuncius & epistola personarum contrahentium arguant absentiam, §. un. Inst. de oblig. quæ ex consens. nasc. & absens absenti stipulari non possit, ex eo quod invicem se exaudire debent, l. 1. in pr. ff. de V. O. respectu tamen æquitatis, commerciorum & communis utilitatis hodiernis moribus contrarium observatur, ita ut stipulationum solemnibus usu quasi desuetis hodie per nuncium aut epistolam contracta stipulatio, & per consequens fidejussio, non minus valeat ac si inter presentes fuisset contracta. Sola autem commendatio vel affirmatio aliquem solvendo existere fidejussionem non inducit, arg. l. 7. §. fin. & ibi Costal. ff. de dolo malo. b] eorum siquidem obligatio accessio est principalis obligationis, nec plus in accessione potest esse quam in principali re. l. 34. l. 42. ff. de fidejuss. §. 5. Inst. eod. Hinc controvertunt interpp. an si fidejussor in majorem summam sit obligatus, quam principalis debitor, ut quia hic 5. ille 10. promiserit, fidejussoria obligatio omninò concidat, an verò in 5. sit valida? Posterius æquū putatur. arg. l. 4. & l. 33. ff. mandat. l. 2. C. de fidejuss. l. 11. §. 1. ff. de constit. pec. l. 27. §. 5. ff. de pact. c] veluti si principalis in pecunia obligatus sit, fidejussor in tritico, l. 42. in pr. l. 38. in pr. l. 8. §. 8. ff. de fidejuss. d] ita ut fidejussor plus solvat, quam debet ipse principalis. l. si testamento. §. 2. ff. d. t. Plus enim est, statim aliquid solvere, minus est, post tempus solvere. §. fidejussores. Inst. eod. e] utputa quando principalis simpliciter obligatus est, fidejussor certo loco solvere tenetur. l. 16. §. qui certo. ff. de fidejuss. f] veluti si reus principalis tantum sub conditione, fidejussor purè debeat. l. græcè. §. illud. ff. d. t.

V.

Et quamvis fidejussor se in plus quam principalis obligare nequeat, arctius tamen & efficacius, a] sicut & in minorem summam b] se obstringere potest.

- a) quòd fit, si simplici obligationi accedat cum juramento, Bart. in l. si quis. 56. ff. de fidejuss. aut cum hypotheca, l. 2. l. 17. l. 25. C. eod. Idem quoque accidit in pœnæ adjectione aut alicujus facti, veluti si se fidejussor pro principali hoc vel illo die non solvente ad carceres adstringit. Cui obligationi ad carceres non absimilis est pœna obstagii, vulgò die Leistung/ quando fidejussores ita se obligant, ut nisi certo die debitum exsolvatur, certo in loco

in loco velint comparere, nec inde movere pedem, priusquam creditori sit solutum. Quæ obligatio seu potius pœna obstagii initio quidē in Germania longā consuetudine fuit introducta, postea Augustæ Vindelico- rum imperii constitutione de anno 1548. confirmata, tandem quia magnus in Germania obstagiorum abusus erat, illaque extremo debitorum malo & nullo creditorum cōmodo fiebant, sed multa inde publica oriebantur scandala, rursus Francofurtialia imperii constitutione lata de anno 1577. sub tit. 17. §. *Wiewol auch*. nec non in terris Saxonix ab ipso Electore p. 2. const. 22. interdicta & prorsus abolita fuerunt. b] veluti si sub conditione, ad certum tempus, vel ex certo tempore se obliget, l. 6. §. 1. l. 8. §. 7. l. 27. ff. de fidejuss. l. 28. in pr. ff. mandat. l. 27. C. eod. Unde fidejubens ad certum tempus & obligationi adjiciens se post illud tempus teneri nolle, tempore eō elapsō non ampliùs obligatur, in primis si sigillo suo adscripserit, Das solche seine Verpflichtung nicht länger als ein Jahr ihr Wirkung haben solle. Effectus enim fidejussionis non extenditur ultra verba in fidejussionis instrumento expressa, arg. l. 10. in pr. ff. de fidejuss. adeò etiam, ut nec post elapsum & expressum istud tempus fidejussor obligetur, licet cautionem suam non avocarit, vel etiam de futuro protestatus non fuerit. Fidejussio enim nunquam tacitè fit in extrajudicialibus, quia ex verbis stipulatio desumenda, l. 99. in pr. l. 1. in pr. cum similib. ff. de V. O. nec sufficit taciturnitas, sed verba cum consensu requiruntur. l. 35. §. fin. l. 1. §. 2. vers. contra. ff. d. t. In fidejussionibus autè stipulatio loco formæ est, ut ex supr. adductis patet. Remanet tamen in hoc casu fidejussor obligatus respectu obligationis ejus, pro qua intervenerat, quod dicunt, in præteritum, cum tempus non sit modus finiendæ obligationis, l. 44. §. 1. vers. placet. ff. de O. & A. sed in tantum temporis fidejussio extendatur, in quantum attestatio fuerit expressa. l. 27. circ. med. l. 29. C. de fidejuss. quod de jur. Sax. paulò aliter receptum est, ubi in totum fidejussor hoc in casu liberatur, si creditor intra tres menses proximos ab elapso istò tempore solutioni destinato debitorem aut fidejussorem non interpellarit, per const. Elect. Sax. 19. p. 2.

V I.

Finis fidejussionis est, ut creditor reddatur securior, eique magis de debito cautum sit. a] Effectus est, ut fidejussor, adeoque & heres ipsius, b] in tantum obligetur, quantum tempore fidejussionis in obligatione erat, sive fors fuerit, sive usura, c] non etiam quod ex mora aut delicto debitoris accedere potest, d] nisi in omnem causam fidejusserit. e]

a] in pr. Inst. de fidejuss. §. fin. Inst. de replicat. l. 1. §. 8. ff. de O. & A. id quod benè indicat appellatio fidejussoris germanica ein Burg. Etenim sicut arx sive fortalitium, ein Burgt / ingruentibus hostium incurfionibus, imò etiam tempore pacis securos nos esse facit, arg. l. 2. C. de offic. præf. præ. Afric. ita quoq; fidejussor timido creditori animum addit, ut securè debitori pecuniam credat, & proinde fidejussio primò quidem actu ad commodum debitoris, cui aliàs fortè non fuisset creditum, principaliter tendit, unde & is expensas in conficiendo instrumento obligationis tam principalis quàm fidejussoriæ sustinere & exponere tenetur, l. sed et si. §. 1. ff. ad exhib. l. 17. C. de erogat. milit. annon. Veruntamen per consequentiam etiam fit in favo-

in favorem creditoris, cum ille per fidejussores satis accipiat & de credito suo securus reddatur. Sed an qui fidejussorem dare obstrictus est, pignora invito creditori offerre possit, dubitari hic potest. Et horum oblatione & datione debitorem non liberari, communior & verior est sententia, l. 1. ff. qui satisd. cog. cum aliud pro alio invito creditori dari nequeat, l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. nec non ex pignoris contractu creditor obligetur de custodia & diligentia, cujus intuitu ei facile periculum imminere posset, pignori-
B bus amissis vel deterioratis. l. 29. §. pen. ff. ad L. Aquil. **b]** §. fidejussor. 1. & ibi interpp. Inst. de fidejuss. l. 4. in fin. ff. & l. 24. C. eod. licet mentio heredum facta nulla fuerit, l. 13. C. de contrah. & com. stip. etiam jure Saxon. per Novell. Elect. Saxon. 20. p. 2. nisi consuetudo sit in contrarium, aut expresse in instrumento debiti cautum reperiat, quod loco fidejussoris mortui debitor creditori alium offerre teneatur fidejussorem, quo casu ex destinata mente credito-
C ris obligatio intelligitur personalis. l. pen. ff. de fidejuss. idque etiam probat d. Nov. Elect. Saxon. 20. Idem est in fidejussore pro delicti actione personali, ut tamdiu teneatur, quamdiu vivit & tenetur is, qui deliquit, post mortem vero ejus, nisi lis ante fuerit contestata, liberabitur fidejussor. §. non autem. l. 1. Inst. de perpet. & temp. act. **c]** l. 68. §. 1. ff. de fidejuss. l. 5. C. de pact. inter empr. l. 8. C. quod cum eo, qui in alien. posest. adeoque de omni eo, quod reus principalis creditori debet, tenetur. l. 56. §. 2. in fin. ff. de fidejuss. At quaeritur, num creditor principalis cogi possit, ut liberet fidejussorem & alium accipiat etiam aequè idoneum? Negatur regulariter, arg. l. 14. ff. de constit. pec. l. 45. §. 1. ff. mandat. **d]** l. centum Capuae ff. de eo, quod cert. loc. l. 22. ff. de O. & A. l. fin. ff. de fidejuss. Etenim cum fidejussio sit stricti juris, & effectus contractus sese referat ad tempus contractus obligationis, l. 69. ff. de contrah. empr. non videtur fidejussor simpliciter intercedens ad aliud se obligare voluisse, quam quod ipso intercessionis tempore debitum fuit, l. per retentionem. l. pignori-
D bus. C. de usur. & per consequens mora rei principalis ei non nocebit, ut ejus obligatio crescat & augeatur, licet non negetur, termino debitori a creditore prorogato fidejussorem simpliciter obligatum manere nihilominus obligatum. l. si cum Hermes. C. locat. **e]** l. quæro. 54. in pr. ff. locat. l. 2. §. pen. ff. de admini. str. rer. ad civ. pert. l. 88. ff. de V. O.

V I I.

Et olim quidem fidejussor etiam ante principalem debitorem conveniri potuit: **a]** hodie vero beneficium habet excussionis sive ordinis, ita ut creditor prius debitorem principalem convenire, eumque excutere debeat. **b]**

A B **a]** l. creditori. l. 2. l. 5. C. de fidejuss. §. omnis. Inst. de V. O. **b]** Novell. 4. c. 1. auth. presente. C. de fidejuss. auth. hoc si debitor. C. de pign. & hypothec. idque propter summam æquitatis rationem, ne forsan fidejussor, qui gratis intercessit, prius hasce actionis molestias, quam ipse reus principalis persentiscere cogatur, sicq; officium suum & benevolentia debitori exhibita ipsi damno-
 sa existat, contra l. si servus. §. quod vero. ff. de furt. Juvatur autem fidejussor hoc beneficio tantum ope exceptionis, qua non opposita iudicium regulariter opponenda, arg. l. 2. §. fin. ff. de except. l. pen. & ult. C. eod. l. 40. §. 3. ff. de procurat. l. 19. C. de probat. Uti autem hac exceptione nequit fidejussor, quando fidem suam pro tantum naturaliter obligato interposuit, cum principalis

palis ipsius de jure excuti nequeat. Eadem ratione, si debitor bonis cessit, excussio prohibetur, quia jam constat solvendo eum non esse. §. *fin. Instit. de replicat. l. 6. ff. de dol. malo.* Item beneficio excussionis locus non est, si reus notoriè non sit solvendo, cum frustra id adversus eum instituat, qui nihil habet in bonis, *d. l. 6.* vel reus principalis sit potens, injuriosus & rixosus, à quo vix quid exigi possit, quo casu inducitur notorium facti debitorem solvendo non esse. Quippe notorium inducitur non solum ex defectu facultatum debitoris, sed etiam ex difficultate conveniendi, *arg. l. 2. ff. qui satisd. cog.* ubi tamen arbitrio judicis relinquitur, quanta potentia & rixositas hoc casu requiratur. Præterea cessat hoc beneficium ordinis, si principalem debitorem se constituerit fidejussor, vulgò einen selbschuldnern, quia tunc convenitur non ut fidejussor, sed ut principalis absque ulla excussione, cum verba contrahentium ita sint accipienda, ut aliquid operentur, nec superflua sint, *arg. l. si quando. 109. ff. de legat. 1.* maximè si novandi causa se obliget, *l. 23. §. 1. C. ad Scium Vellejan.* quod secus est jure Sax. ubi nihilominus ejusmodi fidejussor hoc casu ordinis beneficium habet, *per Nov. Elect. Sax. 18. p. 2.* Denique fidejussorem non juvat hoc beneficium ordinis, quando is est præsens, reus absens, nisi fidejussor eum intra certum tempus à judice definiendum sistat. *Nov. 4. c. 1.* ut nec eum, qui specialiter ei renunciavit. *Nov. Elect. Sax. 17. p. 2.* quod facere potest, cum in favorem suum introductum sit, cui renunciare licet, *l. pen. C. de pact.* aut saltem juravit, nullâ etiam prorsus factâ renunciationis mentione, se omnia in instrumento debiti contenta servaturum, nec quicquam contra ea facturum, cum eo in casu juram. in effectu tantundem operetur, quantum alias renunciatio specialis. Circa excussionem debitoris principalis hîc queri solet, num habeatur ratio solum eorum bonorum, quæ extant in territorio aditu judicis, ubi scil. petitur excussio, an verò habendus etiam sit respectus ad alia bona in alterius districtu sita? Posterius aff. *per l. si fidejussor. 7. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog.*

I I X.

Deinde si plures fuerint fidejussores, singuli in solidum re-
nentur: a] conventus tamen ex illis se rueri potest exceptio-
ne divisionis seu Epistolæ D. Hadriani, ut creditor dividat a-
ctionem, & à singulis ratam petat, b] modò omnes tempore li-
tis contestatæ solvendo sint. c]

a] ita ut liberum sit creditori, à quo velit, solidum petere, etiam
principali debitor non convento, & eò, quem elegit, non satisfaciente,
ad alium reverti possit. §. *si plures. 4. Et ibi Dd. communiter. Instit. de fidejuss. l. 3.*
l. 23. C. eod. b] *d. §. si plures. 4. l. 26. l. 27. §. fin. l. 28. ff. de fidejuss. l. 10. §. 1. C.*
eod. exceptione à convento oppositâ, *d. l. 26. l. 49. ff. eod. ante sententiam,*
l. 10. C. eod. etiam in secunda instantia, *l. 1. §. fin. ff. ad Scium Turpill.* quâ omisâ
si solverit, non potest à creditore, vel etiam à confidejussore suo repetere
id, quod suam portionem excedit, cum ipso jure quilibet in solidum obli-
gatus sit, sibi que imputare debeat, quod hoc beneficio non fuerit usus,
l. 39. l. 49. §. si duo. ff. de fidejuss. l. cum alter. C. eod. Cessat autem beneficium hoc
divisionis seu Epistolæ D. Hadriani, si unus fidejussorum in solidum con-
demnatus sit, *l. 10. §. 1. C. eod.* aut is, qui divisionem petit, fuerit inficiatus

B

se fidejussisse, l. 10. §. 1. ff. d. t. vel res, quæ debetur, divisionem non recipiat, arg. l. via. 17. ff. de servit. l. 2. §. 1. l. 72. in pr. ff. de V. O. l. 25. §. 9. ff. fam. hercisc. vel ex causa tutelæ adversus tutoris fidejussores agatur, l. 12. ff. rem pupill. salv. aut deniq; huic beneficio specialiter renunciatum sit, l. 29. C. de pact. quo casu sciendum, licet in terris Sax. per Electorem p. 2. constit. 17. decisum fuerit, generalem beneficiorum, quæ habent fidejussores, renunciationem non sufficere, sed specialem requiri, in quæstionem tamen non rarò etiam num venire, an si, ut sæpissimè sit, plures fidejussores his verbis se obligent, daß sie einer vor alle/ vnd alle vor einen / mit einer gesambten/ vngeschiedenen vnd vngetei- teter Hand haften wollen: verba illa, quantum ad beneficium hoc divisionis, perinde accipienda sint, ac si illi expressè & in specie renunciatum esset? Negativa placet, quia d. const. 17. expressis verbis fieri vult renunciationem ipsam, ideoque per verba æquipollentia impleri nequit, maximè cum statutum aliàs strictè sit accipiendum, quale etiam est præsens constitutio.

c] §. si plures. 4. Instit. de fidejuss. l. 51. §. 1. ff. eod. idcirco si quis eo tempore solvendo non existat, hoc cæteros onerat, adeo ut si omnes solvendo esse desierint, unò superstite, hic solus in solidum exigatur, l. 26. ff. d. t. Quod si dubitetur tunc temporis, utrum aliquis confidejssorum solvendo sit nec ne, periculo ejus, qui exceptionem ex epistola D. Hadriani objicit & solvendo confidejssorem asserit, causa audietur, admittà cautione, l. 10. l. 28. ff. de fidejuss. Sin verò post litem contestatam fortunæ ludibrio unus vel alter ex fidejssoribus bonis labatur, non confidejssoribus hoc, sed creditori ipsi imputatur, d. §. si plures. 4. Idque adeo verum est, ut creditor, si minor sit 25. annis, non possit ætatis auxilio restitui contra divisionem istam, cum non videatur deceptus, qui usus fuit jure communi, l. 51. §. 4. ff. de fidejuss.

I X.

Et licet unus ex pluribus fidejssoribus rectè coveniatur: a] is tamen non aliter creditori solvere cogitur, quàm si à creditore sibi cessæ sint actiones, ad hoc ut habeat regressum adversus debitorem principalem suosque confidejssores. b]

A
B
a] fortè si principalis debitor aut confidejssores non solvant, aut solvendo non existant, d. §. si plures. 4. b] l. 17. l. 39. ff. de fidejuss. l. cum alter. C. eod. doli mali exceptione creditori agenti opposita, l. 17. ibiq; Gothofr. ff. de solut. nisi ei renunciarit, arg. l. fin. C. de pact. quod non solum in actione principali, quæ sibi competit, sed etiam ratione hypothecæ locum habet, l. 1. l. cum alter. C. de fidejuss. At quando beneficio cedendarum actionum in specie renunciatum non est, quò tempore cessio ista peti debeat, non convenit inter interpp. Et quamvis theoreticè veritate inspectà nonnullis cessionem istam, antequam fidejssor quicquam solvat, & ita re adhuc integrâ, fieri debere, aut pactum de cedendis post solutionem actionibus statim in solutione, vel in continenti post eam interponi debere placuerit: melior tamen est sententia contraria, fidejssorem scil. etiam ex intervallo post factam solutionem, etiam ab invito creditore, cessionem petere & impetrare posse, per l. cum is. 36. ff. de fidejuss. Sed quid si renunciatio cedendarum actionum intervenerit, num nihilominus fidejssor cessionem petere poterit, paulò abstrusior est quæstio? Et affirmativa sententia ve-

rior

rior & æquior. Etenim renunciatio cedendarum non in hunc finem facta videtur, ut fidejussor recuperare planè nequeat, quod solvit, & ita remississe omne jus suum censeatur, sed ne exceptione cedendarum actionum executionem retardare possit, & ita cum ad duplicem effectum pro tendi queat, ea interpretatio præferenda videtur, quæ & jus creditoris salvum præstet, & debitoris jura non planè extinguat vel absorbeat, ut ita utrique parti sit consultum, neque una magis quàm altera oneretur, *l. 25. ff. de pignor. act.* maximè cum æquitas summa sit, sequenda etiam, ubi jure scripto destituimur, ut videlicet faciat creditor, quod sibi non nocet, & alteri prodest, *l. 2. §. 5. ff. de aqua & aquæ pluvi.* Queritur ulterius, an ejus etiam partis nomine, quæ ipsum solventem spectat, actio cedenda sit fidejussori, ita ut eundem à confidejssoribus repetere possit, an verò cessio saltem quod attinet partes reliquorum confidejssorum fieri debeat? Posterius placet. Licet enim plures fidejssores in solidum ipso jure obligati sint, re tamen vera & in effectu quilibet ipsorum pro virili parte onus obligationis sustinet, *l. non rectè. C. de fidejss.* ex quo fit, ut uno non solvendo existente, id ad reliquos confidejssores pro rata spectet, *l. 26. l. 27. in pr. ff. eod.* Non igitur vel juris vel equitatis rationi satis convenit, ut quis ejus portionis, pro qua ipsemet propria obligatione obstrictus fuerat, cessionem impetrare, ac id quod semet liberaturus solvit, ab alio, qui in pari causa est, repetere velit. Sed positò saltem respectu portionum confidejssores concernentium cessionem faciendam, an actio contra quemlibet in solidum, an verò pro rata cedenda erit? In solidum cessionem fieri debere puto, motus hac ratione, quoniam creditor tale jus tenetur cedere, quale est apud eum, *l. Stichum. §. si creditor. ff. de solut. l. 2. C. de fidejss.* Sed fidejssores creditori in solidum sunt obligati, *l. 26. ff. eod.* Ergo actionem in solidum cedere tenetur. Ex quo jam sequitur, ut si tres fidejssores pro 30. intercesserint, unusque solverit, is a actione cessà à quovis confidejssorum 20. in solidum repetere possit, quo tamen casu rursus fidejssor solventi cōfidejssori actionem sibi à creditore cessam denuò cedere debet, ac sibi à creditore cessã fuit. Quid si unus ex cōfidejssoribus postmodū solvendo non fuerit? Tunc periculum hoc omnibus commune erit, ita ut fidejssor, qui jam solvit, etiam pro sua legitima parte portionem confidejssoris deficientē agnoscere vel solvere debeat, *arg. l. verum. §. si cum tres. ff. pro socio.*

X.

Fidejssio autem producit actiones quatuor, actionem ex stipulatu, *a]* mandati, *b]* negoc. gestorum, *c]* & hypothecariam utilem, *d]* quibus non modò principale debitum, sed omne damnum, expensas & interesse fidejssor consequitur. *e]*

a] quã fidejssores olim à creditoribus etiam ante principalem debitorem conveniri poterant. *l. 2. l. 16. l. 17. l. 23. C. de fidejss.* hodie verò non nisi in subsidium & excussis rei principalis bonis, *auth. presente. C. d. t.* *b]* quæ datur fidejssori contra debitorem principalem, si ipsò mandante vel patiente vel ratum habente sese fidejssor obligarit. *§. si quid. 6. Inst. de fidejss. l. 53. l. ex mandato. ff. mandat.* Actio autem hæc non datur, nisi creditori satisfactum fuerit à fidejssore, *l. 10. C. d. t.* Sunt tamen casus, in quibus etiam ante solutionem factam contra debitore agere potest fidejssor ad liberationem, si scil. nimis diu debitor solutionem protrahat, *l. 38. §. 1. ff. mandat.*

B 2

ubi tempus statuetur iudicis arbitrio. *l. 1. §. fin. ff. de iur. delib.* Item quando principalis bona sua dilapidare incipit, ita ut facile omnibus bonis exinde labi possit, *d. l. 10.* vel quando fidejussor vult se cōferre ad longinquas partes, vel inter debitorem principalē & fidejussorem ita conventū, ut ante solutionem ad liberationem agere possit, *text. in l. 1. §. si conveniat. ff. de pos. & si qui sunt similes casus.* Porro hac actione mandati agit etiā fidejussor contra suos cōfidejussores, si ea cessa fuerit à creditore, *Wes. in parat. ff. de fidejuss. n. 6. circ. fin.* c] quæ competit contra principalem, quando quis pro absente fidejussit, *l. 20. ff. mand.* d] quæ datur adversus eos, qui sunt pignorum possessores. *l. 2. l. 11. l. 14. C. de fidejuss.* e] *§. si quid. 6. Inst. d. t.* usq; adeò, ut si fidejussor sub majoribus, quàm aliàs permittunt leges, usuris sumptam mutuo pecuniam creditori solvat, eas usuras à debitore principali repetere possit, adeoque ad illas consequendas contra debitorem principalem executio illi concedenda sit, *Müll. 2. semestr. 40.*


X I.

Denique fidejussio ritè contracta extinguitur solutione debiti principalis, a] confusione, b] præscriptione, c] sententia definitiva, d] novatione, e] & similibus modis.

a] *l. 36. ff. de fidejuss. l. 49. l. 76. l. 80. ff. de solut.* sive ipse principalis debitor solvat, sive fidejussor, *in pr. Inst. quib. mod. toll. oblig. l. 43. ff. de solut.* sive fiscus, ad quem bona devoluta sunt, *l. 15. C. de fidejuss.* sive alius quicumque rei debitoris nomine, ipsò sciente vel ignorate, etiam invito & prohibente, *in pr. Inst. quib. mod. toll. oblig. l. 23. l. 40. ff. de solut.* si tamē fundus debitoris in solutum datus evincatur, & debitor amplius solvendo non sit, creditor adhuc contra fidejussorem agat, ut in locum fundi evicti æstimatio ei præstetur, *arg. l. 26. l. 27. ff. de solut. l. 21. ff. de iur. fisc.* Quippe ex mente & interpretatione partium vel legis dispositione fidejussoria obligatio, quamvis principalis solvat, suspensa videtur, non planè sublata, nisi in casu, ubi illud, quod in solutum datum est, accipientis seu creditoris fieri & manere possit, quod in fundo evicto non contingit, quare etiam hoc casu non planè fidejussoris obligationem interiisse dici potest, sed illum adhuc, quoad creditori satisfiat, obligatum manere. b] cū scil. creditor succedit suo debitori principali, vel debitor suo creditori, *l. 14. l. 38. §. 1. ff. de fidejuss. l. 39. §. fin. ff. de solut.* vel item si debitor succedat in bona fidejussoris, *l. 38. §. 3. ff. d. t.* vel fidejussor in bona debitoris, *l. 5. in pr. l. 21. §. 3. ff. de fidejuss. l. 24. C. eod.* quò tamen casu accessoria tantū obligatio extinguitur, non verò principalis, ita ut tanquam fidejussor amplius quidem conveniri nequeat, conveniri tamen possit ut principalis, *d. ll.* c] *l. 2. C. de const. pec. l. 3. l. 4. C. de prescript. 30. vel 40. annor.* modò utraque obligatio eodem tempore producta fuerit, aliàs si fidejussor ex postfacto tanquam per agnitionem debiti accesserit, sit saltem interruptio, *l. 6. §. 5. ff. d. t.* d] si iudicio fisci fidejussor datus sit, *l. 28. in pr. ff. de appellat. l. 8. §. 3. ff. de fidejuss.* atq; ideo in causa appellationis non tenetur fidejussor, nisi in totam causam sit acceptus, *d. l. 8. §. 3.* e] primæ obligationis, *l. 60. ff. de fidejuss. l. 4. C. eod. l. 1. l. 2. l. 18. ff. de novat.* si expressè ita fuerit actum, cū aliàs nec ope exceptionis novatio facta hodie censetur, *l. ult. C. d. t.*

S O L I D E O G L O R I A.






Basel, Diss., 1616/30

Cx 261 2933)

V. 17





15 17.

1619, 6

...ATIO
...E
...ORIBVS,

...AM
...ctæ TRIVNI-
...IS,
...gnifici fctorum Or-
...na Rauracorum

...emia,
...q; Iure honoribus
...obtinendis,
...ini submittit

...fferforn Crucisbur-
...yrigeta,
...nnô cllo c XIX.
...consuetis.



...LE Æ,
...COBI GENATHI,
...pographi.

